



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XIII. Clemens, Präceptor des Johanniter-Ordens in Deutschland &c.
verkauft dem Kloster Rheinfeldern die Dörfer Pogatz und Danick für 100
Mark und jährlich 3 Wispel Hafer, am 1. Juli 1252.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

atque eorum privignis jure concessimus pheidali, libere et quiete perpetuo possidenda, sicut dicta bona Magister Reynerus, Fratribus de Wischele, Bertramo et Arnaldo ante porrexerat. Ut autem haec nostra concessio rata maneat et stabilis perseveret, praesentem literam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Hujus rei testes sunt Godeschalcus de Bardewich, Wilhelmus, Dominus Wasiburgis, Rodolfus Wrot, Johannes de Debing, Tithmarus Fhetre, Jordanus, Dominus Budra, et alii quamplures. Datum Anno millesimo ducentesimo quadagesimo quarto.

Spicileg. ecclesiae Isl. I, Forts. Anh. S. 86.

XI. Papp Innocenz verbietet den Bischöfen und geistlichen Richtern gegen den Johanniter-Orden die Excommunication oder das Interdict zu verhängen, am 28. Aug. 1246.

Innocencius — Venerabilibus fratribus, Archiepiscopis et Episcopis et dilectis filiis Archidiaconis etc. — cum dilecti filii fratres hospitalis Jerosolymitani etc. — per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus in predictos fratres siue clericos — libertatem nequaquam habetis, excommunicationis uel interdicti sententiam promulgari — Dat. Lugduni V kal. Sept. Pontif. nostri anno quarto.

Das Original fast ganz verblühen und nur in wenigen Stellen noch lesbar.

XII. Der Prior des Johanniter-Ordens Manegold verfügt, daß für die von Albert Redekesdorf und Hampo von Plawe dem Johanniter-Orden verschriebenen Hebungen eine tägliche Messe gelesen werden soll, am 17. October 1251.

— frater Manegoldus, viceprior in inferioribus partibus Alemannie ordinis beati Johannis — ad notitiam — cupimus deuenire, quod pro bonis, que dominus Albertus de Redekestorp videlicet VI choris auene et XXX^a solidis et post obitum suum XXX^a solidis, et dominus Hampo de Plawe videlicet XV jugeribus et I^o. choro auene et post obitum suum duabus marcis, domui sancti Johannis in Werbin pro salute animarum suarum singulis annis contulerunt, debet de expensa fructuum ibidem manentium missa cottidie celebrari — Datum Werbin in domo sancti Johannis anno D. M^o. CC^o. LI^o. XVI^o. kal. nouembris. Testes sunt frater Bernardus commendator in Steinvorde et frater Cefarius commendator in Werbin et frater Henricus plebanus in Werbin et frater Henricus commendator in Mirowe et alii fratres quam plures.

Fehlerhaft mitgetheilt in L. v. Ledebur's Archiv II, 80.

XIII. Clemens, Präceptor des Johanniter-Ordens in Deutschland u. verkauft dem Kloster Rheinfelden die Dörfer Pogak und Danick für 100 Mark und jährliche 3 Wispel Hafer, am 1. Juli 1252.

Frater Clemens, humilis Praeceptor Sanctae Domus Hospitalis Jerusalem per Alemanniam, Boemiam, Moraviam et Poloniam, — Tenore praesentium uniuersitati uestrae dignum

duximus declarandum, quod nos in Capitulo Coloniensi cum Consilio dilectorum fratrum nostrorum, videlicet Fratris Gelrolfi, Prioris Poloni, Fratris Chide Salachini, Fratris Ulrici de Vobene, Fratris h. de Mirowe, Fratris b. de Remvorden (Steinvorden?) et aliorum, quorum nomina hic non sunt, proprietates quatuor Villarum in dioecesi Rezeburgensi, quorum nomina sunt duo Pogaetz et duae Disnik, venerabili Abbati et toti Conventui monasterii Reinvelde. Dioecesi Lubecensi, Ordinis Cisteriensis, pro centum maris denariorum vendidimus, sub tali conditione, quod annuatim dicti Abbas et Conventus Reinveldensis tres choros avenae in Lubeke nostris fratribus praesentabunt. Ut autem haec venditio firma permaneat in perpetuum, praesentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Acta sunt haec Anno Dni. MCCLII. Kal. Julii.

Königs Spicileg. eccles. a. a. D. S. 86.

XIV. Die von Redichsdorf und von Plaue bewidmen den von ihnen in der Pfarrkirche zu Werben gestifteten Marien-Altar, am 17. März 1263.

— Albertus, miles de Redichsdorp et zacharia vxor eius, necnon filii et filie eiusdem Albertus videlicet, brunningus, dominus fridericus presbyter, zabel, ziuerd, Gerardus, Cunigundis et Elizabet — Notum esse volumus, quod ad honorem dei et genitricis eius semper virginis marie et beati Johannis baptiste pro remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum preteritorum presentium et futurorum — ex mera liberalitate dedimus — hospitali s. Johannis baptiste in Werben Curiam nostram, quam habuimus in Nienkirchen, cum edificiis, agris, pascuis et omnibus pertinentiis et iuribus — sicut nos et predecessores nostri hactenus possidemus, que tempore facte donationis singulis annis nobis valuit siue persoluit octo choros avenae et viginti quinque solidos denariorum brandenburgensium. Preterea XV jugera terre arabilis sita ex vna parte curie dicti brunningi inter terram suam et dotem ecclesie de Werben, que dominus Johannes de plawe et frater eius dominus hampe felicis recordacionis memorato hospitali — dederunt, sepedictus brunningus et frater eius dominus fridericus presbyter plene et libere dederunt dicto hospitali cum censu et omnibus pertinentiis et omni jure eis vel heredibus suis competenti. Hoc adiecto de bonis siue pertinentiis elemosine prelibate fratres dicti hospitalis providebunt in expensis vni presbytero in futurum, qui nisi infirmitate corporis aut alio legitimo detineatur impedimento, assidue debet officium vnius missae impendere pro salute predictorum in altari beate marie semper virginis, quod ipsi pro se et suis edificaverunt. — Super excrecentibus pertinentiis bonorum predictorum in subsidium pauperum cristi hospitalis ierosolimitani conuertentur. — In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam — honorabiles viri ciues de Werben requisiti et rogati sigilli sui munimine fecerunt presentem paginam roborari. Insuper testes huius facti sunt principales persone subscripte et frater Winricus Commendator dicte domus et frater Godscalcus plebanus eiusdem loci et alii fratres tunc temporis et zabel filius domini johannis de plawe, dominus johannes de campo, Henken de velde, happe Wedeken, Jacob filius Gundrat, heine bastus, henken bastus, hugo dictus scele, Wilken crange, Johannes de schonholte, theodericus Wantfnidere, Gerken filius Petri et alii — Actum et dat. anno dom. M^o. CC^o. LX. tercio, feria sexta proxima post dominicam, qua cantatur Letare Ierosalem. —